10 Maj 1588.

Joannes Lesznowolski de Hobori, Castellanus Za-
kroczimen. Capitaneus Pernauien. Stanislaus
Russkowski Capitaneus Oberpalen. Matthias Lie-
nek Capitaneus Nouogradolen. et Petrus Stabo-
rowski Capitaneus Treidensis fatemur, et recog-
noscimus per praesentes, quod cum controuersia quae-
dam de duobus Colonis in districtu Ruinen. inter
mag. Dnm Georgium Farensbek Karkusij haere-
dem, Praesidem Venden. etc et nobilem Bartholo-
maeum Ostromezki armamentarij bellici in Liuo-
nia Magistrum oborta esset, ideo scilicet, quod
ipse Bartholomaeus Ostromezki duos illos colonos,
ante traditam Dno Praesidi Venden. Curiam Menster-
hoff in possessione non habuisset, sed tum demum eos
sibi uendicasset, cum Curia illa Dno Praesidi Ven-
den. esset in possessionem data, Nos dictum Dnm Prae-
sidem Venden. uno ore rogauimus, ac pro ipso Bar-
tholomaeo Ostromezki intercessimus, ut nõ tam iu-
ri suo bene obtento Dns Praeses Venden. innitere-
tur, quam benignitate potius sua uteretur. Qui
quidem ad petitionem et intercessionem nostram, ipsi
Bartholomaeo Ostromezki permisit, ut a data prae-
sentium intra decem hebdomadas, hoc est, ad di-
em 19 Julij iuxta nouum Calendarium Commissionem
aliquam Regiam sibi impetret, per quam decisio fiat
super Colonis illis siue duobus piscatoribus contro-
uersis, quo nam pertinere merito debeant. Reser-
uauit autem Dns Praeses Venden. ius suum sibi
saluum et integrum, ita ut haec ad intercessionem

nostram facta confessio, iuri suo nihil praeiudica-
re debeat. Elapsis vero decem septimanis
quatenus praedictus D(omi)nus Bartholomaeus Ostro-
meZki Commissionem Regiam non impetrabit aut
sufficientia documenta pro se facientia super Colo-
nis illis non habuerit, iisdem absque longiori dis-
ceptatione cedere debebit, neque in hunc casum
obstabit, quo minus D(omi)nus Praeses Venden. etc. pro-
pria autoritate colonos illos vicissim occupet.
Porro ad dirimendam hanc per Commissionem
regiam controversiam, nullam novam Commissionem
super Colonis illis impetrare, sed soli Privilegio
a Stephano Rege olim obtento inniti D(omi)nus Ostro-
meZki debebit, neque collatio ipsi facta nova ali-
qua interpretatione ulterius extendenda erit,
quam Collatoris mentem tunc fuisse coniectura
sit, cum certa bona ipsi essent collata, reliqua ad
Curiam Ruinen. Meisterhoff dictam usurpata.
Quae quidem ita servari debere nos praefati
iudices praesentium promittimus, atque in horum
fidem hasce l(itte)ras manu n(ost)ra subscriptas sigillis
nostris munivimus. Datae in arce Karkusen.
die 10 Maij Anno 1588.

Joanes Lyesznowolskj De HoBori Castelanus Zakroczimensis capitaneus pernau.

Stanislav Maciej Rustowsky komorn.

Piotr Stabrowskj ręką swą

Vergleichung zwischen
dem Herren Christen
und Gerondlen